

Matthias Stein Heinrich Darjes

**Disputationem Iuridico-Politicam I. in Viri celeberrimi Dn. Johannis Christophori
Becmanni, Meditationum Politicarum Caput I. II. & III. Divino adstante Numine &
Suffragante Superiorum Ordine in Alma Rostochiensi Praeside Dn. Matthia Stein/
I.U.D. Ad diem [] Iunii, Anno M. DC. XCI. in Auditorio Maiori publice defendet
Hinricus Daries, Rostoch.**

Rostochii: Richelius, 1691

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn74171518X>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. Juni 1691

Stein, Matth. /a



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn74171518X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74171518X/phys_0002)

DFG

DISPUTATIONEM JURIDICO-POLITICAM I.
in
VIRI celeberrimi
DN. JOHANNIS CHRISTOPHORI
BECMANNI,
MEDITATIONUM
POLITICARUM
CAPUT I. II. & III. *pol. librius*
Divino adstante Numine
&
Suffragante Superiorum Ordine
in Alma Rostochiensi
PRÆSIDE
DN. MATTHIA *Steitt/*
J. U. D.

Ad diem Junii, Anno M. DC. XCI.

in Auditorio Majori


publicè defendet

HINRICUS DARJES, Rostoch. *V*

ROSTOCHII,

Typis JACOBI RICHELII, Ampliss. Senatus
Typograph.

1691



M
M
Q. D. T. O. M. B. V.

PRÆFAMEN.



A jestatis, qvæ passim circumferuntur,
jura omnium publicarum in Repub
actionum non abs re laudantur *Prin*
pia: Sacras enim producturus actiones
Majestate istas extrinsicè derivari m
cum lubens fatebitur, qvando expende
publicas hasce actiones, externam a
Principe exspectare directionem. Siqvi
dem Episcopos, qvorum munus, monente Reinking. de R.S. &
E.L. 3. cl. 2. c. 3. n. 10. in Ecclesiis Evangelicis Superintendentes
subeunt, aliosq; Ecclesiæ Ministros constitui, solennemq; veræ
religionis formulam de ritibus & officiis Ecclesiasticis ordine
ac decore peragendis sanciri, Principi omnino, eiq; cui hæc fa
cultas ab ipso concessa, curæ esse debet. Carpz. de L.R. c. 2. s. 3. n.
9. Add. Constit. pacif. Relig. §. Damit auch obberührter bender
seits Religions Verwandten so vielmehr in beständigen Frie
den ben einander bleiben mögen / so soll die geistliche jurisdi
ction &c. wieder die Augspurgische Confess. / Religion/ Glau
ben/ Bestellung/ und Ministerien/ Kirchen-Gebräuchen/ Ord
nung und Ceremonien/ NB. so Sie auffgericht / oder auffrich
ten möchten/ nicht exerciret oder geübet werden. Unde & Fe
riarum

1497

riarum ordinatio *imperialis* exhibetur in l. 4. C. De Feris. Qui enim sacra moderatur, etiam temporis & loci iis destinandi facultatem habebit. Ex qvo nova lux affulget Calendarii, qvod præfatas certo ordine designat serias, confectioni, qvam in magnum imperatoriæ autoritatis præjudicium sibi protervè arrogavit Gregorius 13. Pontifex Romanus, & novum i-stud, qvod condidit, Calendarium publico diplomate & pontificia authoritate Imperatori & Statibus imperii Anno 1582. recipiendum mandavit, qvale autem tam propter constituentis inhabitatatem, qvam violationem prædictæ Constitutionis Religiosæ §. damit auch / ibi : soll die geistliche jurisdiction ruhen/ eingestellet und suspendiret seyn und bleiben / Protestantes in Germania, non obstante eo , qvod Calendarium Gregorianum correctius à nonnullis deprædicetur, prorsus respuerunt, persona enim inhabili existente, radix totius negotii censetur vitiosa & testamentum ab impubere & furioso, omnibus observatis solennitatibus conditum ipso jure declaratur nullum §. 1. J. Qvib. non est perm. fac. test. Ludwell. ad Wef. N. 8. de Feris. Hahn. ibid. N. 4. verb. à pontificibus Reink. de R. S. & E. L. 3. cl. 1. c. 2. n. 13. seqq. Si ulterius progredi liceat, non ritus duntaxat & temporis, sed & ipsius Religionis stabiliendæ & mutandæ directionem à Majestate petendam demonstrandi facile est negotium, qvia inter majora Majestatis jura passim huic religionis curæ primus tribuitur locus , est enim firmissimum variis seditionibus compescendis frœnum, humanæ societatis vinculum, omnis salutis via : Ideoq; in omni Republica primum sit, ut metu DEI cives imbuantur, qvem ubi vindicem timent magis qvam judicem humanum, præsentis pœnæ metu ad male agendum, aut qvidqvam contra divinam ordinatiō-nem moliendum deterrentur : Cum igitur tam magna religionis vis in Republica sit, ut fulcrum & fundamentum ejus verè dici possit, qvo sublato & ipsam concidere necesse, iniquè fecerit

fecerit tam contra Reipubl. commodum, qvam Majestatis dignitatem, qvi istius curam Principi denegaverit, nam cui iurisdictio data, ea qvoq; concessa videntur, sine qvibus jurisdictio explicari non potuit l. 2. ff. de iurisdict. Unde jam dudum Reges religionis & Ecclesiæ curam sibi in tantum fecerunt propriam, ut ab ea certam recipere appellationem ipsis placuerit: ita enim Hispanorum Rex cognomen CATHOLICI amat, Angliæ Reges DEFENSORES FIDEI audiuntur: Gallorū Rex se CHRISTIANISSIMUM appellitari jaicitat, quale Christianismi encomium imperatori nostro optimo jure competere prolixo sistunt stylo Carpz. de L. R. c. 2. S. 1. n. 18. seqq. & Autor noster in polit: parall. c. 16. §. 9. etiam imperatori justiniano id tribuitur in l. 8. C. de Summ. Trinit. Polonorum Reges ORTHODOXI titulum ab infelicissimo Rege Johanne Casimiro, qvi expulsione Arrianorum istum ab Alexandro VII. Pontifice Romano, referente Hartknoch. de Republ. Polon. Lib. 2. cap. 2. n. 4. promeruit, derivant. Huic rei satis perspicuae nudæ adponi sufficit t. t. C. de SS. Ecclesiis, de Summa Trinitate, de Hæreticis, item de selectu versionum scripturæ Novell. 146. Et legatur Carpz. d. c. 2. S. 3. n. 15. seqq. Si qvid tamen in ipso religionis negotio sit statuendum vel ifnutandū, non nisi cum consilio Theologorum rectè sentientium & authoritate S. Scripturaræ Princeps id faciet l. 1. C. de Sum. Trinit. Recess. Imp. de Anno 1555. §. So haben sich 140. circa fin. & Carolus V. Imperator in deliberandis & concordandis religionis controversiis, afferit, se usurum præclarissimorum Theologorum multarū Nationum consilio. R. A. zu Augspurg. de Anno 1530. §. Demnach haben wir: 1. Nec sine causa: Nam Princeps inferendis legibus circa bonum civile, non disponit pro libidine, sed adhibitis Prudentum consiliis l. 8. C. de LL. qvidni ergo circa bonum spirituale Theologorum adhiberet prudentiam, cum qvibus ut in deliberationem descendat, potestate convocandi Episcopos & indicendi

dicendi Concilia gaudet R. J. de Anno 1526. §. und ersilich i. & de
An. 1544. §. derohalben: 79. Qvam congregandi facultatem im-
peratori Romano eripere qvidem conatur Pontifex M., cui &
patrocinari videntur R. J. de Anno 1531. rubr. concilium betres-
fend §. und wien ol 2. & de Anno 1551. §. wir ersuchen: 8. Verùm
Papam ejusmodi facultatem non ex se, sed imperatoris per-
missu & indultu usurpasle, prolixè tradit Reinking. de R.
S. & Eccl. L. 3. cl. 1. c. 4. idqve n. u. fute probat ex Recess.
Imp. de Anno 1524. §. als auch vielgedachte. 28. jung. Grimmæi
Diff. jurid. polit. 4. Tb. 62. Ex hisce dictis, omissis reliqvis, qvæ
hæ pagellæ non capiunt, non obscurè liqvet, publicas actiones
sacras externam soli Majestati debere directionem, qvæ ab aliis
nomine potestatis *Architeconica*, cui Dogmatica opponitur,
exprimitur, qvia Architecti non est manum operi admovere,
sed secundum rectam rationem unicuiqvè, qvæ facienda sunt,
præscribere: Nonnullis placet potestas Ecclesiastica *externa*,
qvia circa res Ecclesiasticas & personas extra Templum civi-
liter exercetur: Cui jam dudum assensum præbuit Constanti-
nus M. Episcopos ita alloqvens: *Vos estis Episcopi in Ecclesia,*
Ego extra Ecclesiam s. templum Episcopus à DEO sum constitutus.
Carpz. de L. R. c. 2. S. 2. n 14. Ex qvolucem sibi foeneratur anti-
qvissimum istud Christianorum axioma: *Ecclesiam esse in*
Republica, non verò Rempublicam in Ecclesia. Cujus sensum ad
externam Reip., seu Principis eam repræsentantis, curam de-
flectere licebit, ita ut Ecclesia in Republica esse dicatur, dum
Christiani sub LL. principum vivunt, & quietam vitam sub eis
eorumq; protectione ducunt: Eo ergo ipso qvo protectionem
& curam à Republica exspectat Ecclesia, etiam eidem subesse
non recusabit: Extra hunc sensum si capiatur, ac si simpliciter à
Principe dependeret Ecclesia, sine scrupulis vix erit, cui argu-
mento est, qvod in actibus pure Ecclesiasticis Princeps ipse
personam singularem induat & Ecclesiæ membrum esse agno-

X 3

scat:

scat: Baptizatur enim, S. Cœnam percipit, orat, credit, qvi a-
etius omnes liberi forent apud ipsum, si æqvè ac legum latio, a-
liiqvè profani actus Principis voluntati prorsus subessent:
Haec tenus de externa *actionum sacrarum* directione: *Profanas*
easqvè publicas in Republica actions à Majestate petere ori-
ginem, minus erit dubium, proin illis recensendis non immo-
rabor, sed illarum fulcrum, exactionem nempe Tributorum à
Principe promanantem modò producam: Prout enim pater-
familias, qvando res necessariæ ad alendam familiam, tuen-
damqvè domum non satis suppetunt, qværere per artem
qvæstuosam cogitur, pariter fisico Reipublicæ exhausto ad va-
rias pecuniæ faciendæ extraordinarias pervenitur rations:
Qvæ autem rei pecuniariæ cura potissimum incumbit Princi-
pi, adjumento istius Rempublicam sibi commissam ad-
ministrare & conservare obstricto, impossibile enim est ut
sacris Tributis non illatis alioqui Respublicæ conserventur
Nov. 149. c. 2. Unde & jus ea indicendi inter Majestatis re-
fertur jura 2. f. 56. qvamvis tamen & illi, qvi illis juribus de-
stituti, neqvè territoriali superioritate, sed jurisdictione dun-
taxat simplici gaudent, à suæ jurisdictioni subjectis urgente
necessitate collectas exigere valeant, modo unanime de-
cretum communitatii ac conventio cum ea habita præ-
cesserit. *Reink. de R. S. & E. L. I. cl. 5. c. 3. n. 125.* Num
autem è re sit hocce jus colligendi Tributa à Principibus
elocari privatis (qvi inde Conductores Pachters / apud veteres Romanos publicani vocabantur t. t. ff. *de publican.*) non
parum controvertitur: Anglorum, Belgarum aliorumqvè
locorum consuetudinem in qvibusdam Tributorum generi-
bus id ferre, neminem latebit; Qvam commendat (1.) qvia
incerti sunt qvorundam Tributorum reditus, præstat autem,
Rempublicam certos qvam incertos numerare proventus
pro calculo ad agenda futura facilius ponendo (2.) qvia subdi-

ti in hisce talibus ita minori fraude præstationem eludere pos-
sunt, qvippe qvam privati conductores diligentius indagant,
qvām Curatores publici, ut tanto plus lucri reportent : Con-
tra eandem autem facit (1.) Tributorum exactionem rem o-
diosam præ se ferre, eoqvē autoritate publica maximè opus
habere, qvæ in publicis personis major est, qvām in privatis.
(2.) Periculose esse, proventus publicos committi privato-
rum fidei, Nam si promissa non præstent aut notitiam rerum
sibi commissarum ad exteris diffundant, Respublica facile
periclitari potest. (3.) Incertum esse qvorundam Tributorum
numerum, unde si majora sint summā à redemtoribus solutā,
id Reipubl. detimento est, si minora, Redemtoribus damno
sunt : Qvæ posteriora dubia qvidem resolvere conatur Box-
horn. *de sl. fæd. Belg. c. 12. n. 33.* Verūm scopo meo id parum
urgente, hocce perqvām odiosum decidendi in præsens mihi
licentiam non sumo, sed saltem prædicta in medium protraho
ostensurus, studium hocce politicum omnibus ac singulis,
qui Reipubl. consulere aliquando cupiunt, tam in consiliis
dandis qvam acībus publicis expediendis, apprimè necessari-
um, cumqy è imprimis juris studio semper conjungendum es-
se : Qvis enim Rēpublicam in omnibus suis partibus & utro-
qvè tam belli qvam pacis tempore laudabiliter administrarit,
nisi politican virtutem, hoc est, prudentiam regendi accurate
antea didicerit ? Qvis salutaria Magistratui consilia suggesse-
rit, nisi singulorum Magistratum statum, ut & subditorum
conditionem, mores, ingenia & instituta percalluerit ? Qvis
officio suo, in qvacunqy è etiam Reipubl. parte versetur, satis-
fecerit, nisi naturam suæ conditionis & officii rationem præ-
cognorit ? Qvæ singula cum comprehendantur hac virtute
politica, digna profecto est, ut à singulis hominibus & excola-
tur & in maximo habeatur pretio : Hoc justa mentis trutina
ponderantes nonnulli ex Nobiliss. studiosorum numero, mihi

exti-

extitère Autores, ut Viri Maxime Reverendi & Excellentissimi
Dni Becmanni, in Academia Francofurtensi Professoris fa-
migeratissimi, cujus nomen ubique fulget, Meditationes poli-
ticas (qvibus ab ipso jurispublici universalis nomen datur c. 9.
§. 4.) tam verbis quam re difficiles succinctè explicarem: Qvo
labore auxiliante Divini Numinis gratia ad optatum perducto
finem, quales hocce hyemale sernen in æstate ferat fructus,
paucis disputationibus explorare placuit: Duxi autem eò ma-
gis id futurum è re præsentis temporis, quo rarissimi reperiun-
tur, qui hac de materia perquam utili publicam sustinent di-
sputationem, unde explicatione juris privati ad privatos re-
missā parietes, publicum hujus juris publici exercitium dispu-
tatorium suscipere animus est: Qvem in finem omnes Libera-
rium artium Fautores ac Cultores ad placidam hancce Disqui-
sitionem decorandam, ea qva par est humanitate & observan-
tia invito; Excitat auditor studium, & ad ulteriora calcar addit.

Faxit sanctissimum Numen, ut bonum sit initium,
felix medium, & optimus finis.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn74171518X/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74171518X/phys_0011)

DFG

ti in hisce talibus ita minori fraude praestationem sunt, quiippe quam privati conductores diligentius quam Curatores publici, ut tanto plus lucri reporta eandem autem facit (1.) Tributorum exactionis diosam prae se ferre, eoque autoritate publica mandare, quae in publicis personis major est, quam (2.) Periculum esse, proventus publicos commissarum fidei, Nam si promissa non praestent aut notit sibi commissarum ad exterios diffundant, Respublikitari potest. (3.) Incertum esse quorundam Totius numerum, unde si majora sint summam à redemtori id Reipubl. detimento est, si minora, Redemtori sunt : Quae posteriora dubia quidem resolvere conshorn. de sl. facd. Belg. c. 12. n. 33. Vertim scopo me urgente, hocce perquam odiosum decidendi in praelicentiam non sumo, sed saltem praedicta in mediis ostensurus, studium hocce politicum omnibus qui Reipubl. consulere aliquando cupiunt, tam dandis quam actibus publicis expediendis, apprimeum, cumque imprimis juris studio semper coniungit : Qvis enim Rempublicam in omnibus suis partibus que tam belli quam pacis tempore laudabiliter administrari politicam virtutem, hoc est, prudentiam regendam antea didicerit ? Qvis salutaria Magistratui consiliariit, nisi singulorum Magistratum statum, ut & si conditionem, mores, ingenia & instituta percallebit officio suo, in qvacunque etiam Reipubl. parte versatur, nisi naturam suae conditionis & officii ratione cognorit ? Quae singula cum comprehendantur habitu politica, digna profecto est, ut à singulis hominibus tur & in maximo habeatur pretio : Hoc justa men ponderantes nonnulli ex Nobiliis studiosorum nun

